

Thomas Olavi, vicar of the parish church in Savo (Savolax)<sup>162</sup> in the diocese of Turku, once beat his servant Jakob two or three times with a kind of rope that is commonly used for bow-strings, after Jakob one evening had failed to give him the vessel used to carry grain in to feed the horses. Jakob was not hurt, but hit back with a sieve and put his hands around Thomas's neck. Thomas tore away the hands and escaped his house and Jakob's fury. Jakob followed Thomas and caught him, but during the fight Thomas threw Jakob to the ground. Jakob then clawed Thomas's face with his fingers, and Thomas bit one of Jakob's fingers until it was blue, but without causing any bloodshed. Other people intervened and separated the two assailants, who made their peace. Jakob begged Thomas's forgiveness, which was granted, and he took up his previous work again. He worked for three weeks as before and said that he had no trouble with his finger. Then his right hand became swollen, probably because of neglect, and an incompetent doctor cut up the hand from inside and out<sup>163</sup>. At the moment of his death, Jakob himself claimed in front of witnesses that this cut was the reason for his death, excusing Thomas from any responsibility. The regent Benedictus, provost of Rimini, refers the case to the diocesan bishop and commissions him to declare Thomas innocent and not irregular, on condition that the facts above are true.

35:165v Thomas Olavi presbyter rector parrochialis ecclesie Sawalax Aboensis diocesis exponit, quod, cum olim certo die de sero in crepusculo seu quasi quondam Iacobus, dum adhuc viveret, familiaris suus quoddam vas ad ferendum in eo bladum equis suis et ad illos pasendum iussu exponentis sibi presentare distullisset, ipseque exponens dictum Iacobum cum quadam corda, uti in arcu manuali solita est habere, bis vel ter absque tamen lesione percussit. Iacobus vero dictum exponentem cum cribro repercussiens et ulterius manus eius violentas [eius] in dicti exponentis collum eum perstringens iniecit, quas ipse exponens ex ipsius collo suis manibus evulsit; et sic furiam illius extra domum suam evasit et auffugit. Quem dictus Iacobus insecutus iterum apprehendit, et illis invicem colluctantibus exponens Deo volente Iacobum in humum prostravit. Dum vero ille Iacobus subtus exponente prostratus iacens digitis manuum suarum exponentem in eius facie sauciavit, ille exponens dentibus suis tertium ex articulis manus illius Iacobi dextre apprehendit et vim vi repellere volens tenuit usque ad illius articuli

292 Rome apud Sanctum Petrum in marg. sup. fol. 165v; Anno secundo Innocentii pape viii fol. 166r; Rome v Idus Ianuarii in marg. sin. fol. 165v; Abuoensis diocesis in marg. dext. fol. 165v. | 292,1 Sawalax] i.e. Savolax | Aboensis] Abuoensis cod. | 4 pasendum] i.e. pascendum | 5 presentare] pncare cum sign. abbr. cod. ut vid. | distullisset] i.e. distullisset | 8 ulterius] ultius cod. | 9 quas] quos (ut vid.) cod. | 11 evasit] evasyt cod.

162. Now Mikkelä (St Michel).

163. Possibly this means amputation.

lividitatem absque sanguinis effusione. Deinde illis nonnullis aliis inter-  
venientibus ab invicem separatis in crastinumque reconciliatis dictus  
Iacobus a dicto exponente veniam exposcens et obtinens priores labores  
20 suos domesticos uti familiaris exponentis perantea solitos resumpsit; et  
laboribus istis ad tres quasi septimanas prout perantea insistens nec  
quitquam debilitatis seu defectus occasione dicti digiti se habere dixit.  
Nichilominus diebus istis elapsis, dum forsitan potius ex illius incuria  
25 manus dextra eiusdem tumesceret, quidam cirogicus minime in arte  
expeditus illius Iacobi manum dextram predictam intus et ab extra  
incidit. Ex qua, ut verius creditur, incisione <expiravit>, uti et dictus  
Iacobus in ultimis suis a dicto exponente in presentia testium fide-  
dignorum inquisitus eidem et omnibus audientibus publice respondit et  
30 dixit dictum exponentem excusando, quod ille nequaquam mortis sue  
emminentis <causa fuit>, sed incusando dictum medicum, qui eum  
inconsulte incidit, causam fore. Demum vero dictus Iacobus expiravit.  
Cum autem / dictus exponens in morte dicti Iacobi alias, quam ut  
premittitur, culpabilis non fuerit ymo de ipsius morte doluerit  
cupiatque in omnibus etiam presbyteratus ordinibus ministrare posse, a  
35 nonnullis etc. Ad ora talium obstruenda supplicat, quatenus ipsum  
premissorum occasione nullum homicidii reatum incurrisse nullamque  
irregularitatis maculam contraxisse sed premissis non obstantibus in  
omnibus etiam presbyteratus ordinibus ministrare posse declarari  
misericorditer mandare dignemini prout in forma. Fiat ut infra. Bene-  
40 dictus prepositus Ariminensis regens. Committatur ordinario, et, si  
vovatis vocandis constiterit de premissis, declaret, ut petitur.

166r

---

292,18 reconciliatis] *i. e.* reconciliatis | 21 insistens + aliqua litt. (fortasse q) ante corr. cod.  
| 24 dextra *ex* dextre corr. cod. | minime + forsitan ante corr. cod. | 26 expiravit *vel sim. om*  
*cod.* | 30 eminentis] *i. e.* imminens | causa fuit *om. cod.* (quod ... eminentis *per*  
*anacoluthon scriptum*) | 31 expiravit] *i. e.* expiravit | 35 etc] *scil.* tamen simplicibus et  
iurisignaris ac ipsius exponentis forsitan emulis asseritur exponentem ipsum propter  
premissa homicidii reatum incurrisse et irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam  
contraxisse et propterea in dictis suis ordinibus licite ministrare non posse *vel sim.*; *cfr e. g.*  
*n. 279b,32–36.* | 40 Committatur...petitur] *in dext. parte pag.*